

EPIST. DEDICAT.

media, h. e. *virtutes*, quibus felicitatem verè
licet consequi, exponuntur, hîc quænam
affectuum ad rationem ratio esse debeat,
dicitur. Serenâ proinde fronte munus
istud levidense ex animo *Vestrarum Nobi-*
litatum observantissimo profectum accipi-
te, ac me *Vestro favore* prosequi pergite.
Scribebam Lipsiæ in musæo meo die pro fe-
sto *Michaelis, Archangeli illius magni, Christi*
Salvatoris, quem tum *Ecclesia* afflictissima,
tum *Resp.* turbatissima assertorem & vin-
dicem implorat unicum. Anno reparatæ
salutis millesimo, sexcentesimo, vigesimo
primo.

Nobilitatum Vestrarum
observantissimus

Christophorus Preibisius
I. U. D. Profess. publ.

Coll. diss. A. 91, misc. 7